



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

283. An Prælati Regulares possint commutare, & dispensare vota  
Novitiorum? Et an prædicti Prælati Regulares, & Abbatissæ non possint  
irritare vota Novitiorum, & Novitiarum, sed tantum commutare, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)



Portel in *dubis Regul. verb. Confess. regul. erga saeculares*, n. 2; Rodriq. in *Questionib. Reg. tom. 1. q. 47. art. 1.* Sanch. de *Matr. tom. 2. lib. 8. disp. 16. num. 8.* Ioan. de la Cruz de *privil. l. 9. c. 6. dub. 9. concl. 1.* & alij. Et hoc virtute privilegiorum, & præcipue Pij V.

2. Sed advertat Lector hanc sententiam veram olim fuisse, nunc vero non esse admittendam, quia privilegia illa concessa regularibus ad dispensandum in nostro casu, fuerunt ex viæ vocis oraculo, anno 1631. per Bullam particularem ab Urbano VIII. reuocata. Verum nota quod Pater Lezana in *sum. Q. Q. reg. ro. 3. verb. Affinitas, n. 4. & 5.* obseruat hodie non obstante dicta Bulla, posse Regulares dispensare in dicto casu ex quodam privilegio concessio Monachis Monasterij S. Benedicti Congregationis Vallisoletanae concurrentibus tamen aliquibus conditionibus. Prima, hos Confessarios deputandos esse ad talem dispensationem faciendam per superiore Monasterij, ita vt non sufficiat generalis facultas audiendi Confessiones fidelium sed requiritur ista deputatio ad hoc munus specialiter: & mortuo Superiore vel amoto qui talem designationem fecit, cessat designatio ab illo facta, eo quod illa est ad nutum concedentis reuocabilis. Secunda conditio est, vt dicta dispensatio efficiatur in Sacramento Confessionis, & non extra: efficiatur in domibus & Ecclesiis Religionis, & non extra: quæ quidem omnia non erant necessaria ex privilegio Pij V. & aliorum Pontificum. Vnde ex his Confessarij Regulares cautè procedant in dispensando super petitione debiti inter vxoratos; quia vt dictum est post Bullam Urbani VIII. non deseruiunt privilegia antiqua, & in casu contingenti videant Lezana *vbi supra*.

Supr. hoc in Ref. seq. Sec. quoad hoc lege supra laia doctrinam Refol. 250 & aliam eius primæ notæ.

Supr. hac deputatione lege præcedente Ref. & alios §§ eius primæ notæ. Et pro mortuo, vel amoto superiore contento in hoc textu ibidem in fine § 2. Et pro secunda conditione etiam contenta in hoc textu ibidem in fine dicte Ref. & supra in Ref. 263. §. vlt. & in R. 278. in fine & in aliis eorum notationum. & in to 4. tr. 3. R. 133. §. 2. ad medium.

### R E S O L. CCLXXXII.

*An Confessarij Regulares possint dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui inter se contraxerunt affinitatem ex incestu?*

*Et an vigore alterius privilegij Iulij II. possint hodie Confessarij Regulares dispensare in dicto casu absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore privilegij Pij V.*

*Et an coniugibus ignorantibus hoc impedimento non sit opus eos docere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus speratur fructus?* Ex p. 10. tract. 14. & Misc. 4. & Ref. 22. aliis 20.

Supr. hoc supra in Ref. 280. & 281. & in aliis not. 1 Ref. 1. huius annot.

§. 1. DE hac questione in variis locis à nobis tractatum fuit: & tandem in *part. 6.* putauit Privilegium Pij V. fuisse per Bullam Urbani VIII. derogatum. Sed nouissime Leandrus de *Sacr. to. 2. tr. 9. disp. 24. q. 16.* & Martinus de San Ioseph, in *Mon. Conf. to. 1. lib. 1. tr. 5. 3. de Matr. n. 3.* acriter contendunt, dictum Privilegium Pij V. non fuisse ab Urbano VIII. derogatum, quorum sententiam satis probabilem existimo, difficultas est, an vigore alterius Privilegij, possint hodie Confessarij Regulares dispensare absque deputatione Prouincialis, quod erat necessarium vigore Privilegij Pij V. Et affirmatiuam sententiam inuenio docere Leandrum, *vbi supra* q. 17. in fine, & Reuerendissimum Candidum Sacri Palatii Magistrum, *tom. 1. disp. quis. 27. art. unico, dub. 9.* & hoc ex privilegio Iulij II. concessio Congregationi S. Benedicti Vallisoleti: Sed in hoc casu necessaria est deputatio Superioris localis, vt contra me obseruat Martinus de San Ioseph, *vbi supra*, tr. 5. 3. num. 9. Sed in mei fauorem nouissime Bordonus in *Miscellan. dec. 474.* loquendo in terminis Privilegij Pij V. sic ait: Licet sit oraculum viæ vocis à Cardinali declaratum & confirmatum cum sua subscriptione, non idè videtur comprehensum sub reuocatione aliorum, iuxta ea, quæ dixi *Resol. 31. n. 3.* In

locis præcitatis dixi esse necessarium, quod Superior deputet ad id munus Confessarium, vt valeat vi hoc privilegio, sed postea obseruati, hanc deputationem non esse necessarium, quia eius loco successit notis temporibus approbatio Episcopalis iuxta Tridentinum. Practicari igitur potest privilegium, si casus occurrat. Ita ille. Vnde me citato Machadus, *tom. 2. lib. 1. p. 3. tr. 3. docum. 2. n. 2.* sic ait: *Però queda dudose, y conuenso entre los Doctores, si esta facultad ha gozen generalmente todos los Religiosos expuestos à confessar; o sea necessario que especialmente esten deputados por el Prouincial para este efecto. Graues Autores sienten, que deuen ser los Confessores deputados por su Prouincial para este efecto; y porque la facultad de dispensar en cosa tan grave, no conuenia concederla indistintamente à todos los Religiosos Confessores; sino solamente à aquellos que el Prouincial juzgasse por mas idoneos; y assi afirman se obseruar en la compania de Iesus. Però no obstante esto, otros defendien lo contrario; juzgando, que por los privilegios referidos basta que el Religioso sea aprobado para confessar segun la forma del Confesio; sin que necessite de que tambien sea expuesto por su Prouincial para este efecto.* Hæc Machadus. Verum ad tollendas omnes difficultates optimum esset si Superiores locales in singulis domibus designarent hos Confessarios ad dispensandum, itante id quod asserit Martinus de San Ioseph *loco citato*.

2. Nota vero hic obiter, quod Bordonus *vbi supra*, optimè obseruat id quod ego \* alibi docui, nempe, quod Coniugati ferè omnes etiam docti, ignorant hoc impedimentum, raro enim potest occurrere casus, cum non peccent petendo debitum quod huiusmodi ignorantia; nec opus est, eos edocere de huiusmodi impedimento, maxime si nullus speratur fructus, immo Confessarius melius taceat, quam admoneat illos, in stante communi ignorantia Laicorum. Et ita etiam docet Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 5. 2. de Matr. vbi sic asserit: Quando el caso de conoco Parienta de su muger, y sabe, que es pecado Incesto, y que el Derecho lo tiene prohibido, pero ignora la pena, que esta puesta por el mismo Derecho, de que no pueda pedir el debito. Es sentencia bien probable, que incurra la pena, porque la ignorancia della no esculpa de la colpa, porque se incurra la pena. Però me parece mas probable la sentencia contraria, de que no queda prinado. Ita ille.*

### R E S O L. CCLXXXIII.

*An Prelati Regulares possint commutare, & dispensare vota Nouitiorum?*

*Et an prædicti Prelati Regulares, & Abbatisse possint irritare vota Nouitiorum, & Nouitiorum, si tantum commutare, & dispensare?* Ex p. 3. tract. Resol. 71.

§. 1. NEGatiuam sententiam tenet Azorius *in lib. 11. c. 19. q. 21.* Suar. de *Rel. to. 2. l. 6. de voto, c. 11. n. 9.* Sayr. in *clani Regia l. 6. c. 11. n. 92.* & alij, quia Prælati Religionis non habet simpliciter iurisdictionem Episcopalem in Nouitium; ergo, &c.

2. Sed tu tene affirmatiuam sententiam, quia licet Prælati non habeat potestatem dominatiuam in Nouitium, habet tamen in illum potestatem Ecclesiasticam & ita hanc sententiam tenet Henricq. *lib. 7. de indult. c. 22. n. 7.* Lessl. *l. 2. c. 40. dub. 13. n. 80.* Sanc. in *sem. 20. l. 4. c. 39. n. 17.* Faustus in *thes. Relig. lib. 3. q. 27.* Miranda in *manuali. Prel. to. 2. q. 32. art. vlt.* Bartholomæus de Vecchis in *praxi nouit. disp. 10. dub. 6. n. 2.* Tamburinus de *iure Abb. tom. 2. disp. 18. q. 3. n. 2.* Portel in *dub. Reg. verb. dispensare, num. 13.* vbi sic ait. *Vota Nouitiorum*



rum non possunt Prælati irritare, quia non habent erga illos potestatem dominatiam, nec similiter Abbatibus possunt irritare vota Nouitiarum, possunt tamen Prælati vota Nouitiorum, & Nouitiarum commutare, & dispensare. Ita ille.

RESOL. CCLXXXIV.

An generales Religionum possint dispensare cum subditis illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis extra Capitulum Generale?

Et an Generales Ordinum possint dare licentiam Prioribus localibus atque Prouincialibus dispensandi cum illegitimis ad Dignitates, & Officia Ordinis absque Capitulo Generali. Vel Prouinciali?

Et an legitimatus à Rege si intret in Religionem non censetur legitimatus ad Officia Ordinis?

Et an Sacerdos illegitimus dispensatus in seculo, & habens ibi beneficium curatum, si Religionem intret, sit dispensatus ad Dignitates, & Officia Ordinis? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 102.

§. 1. Negatiue respondet Hieronymus Rodriq. in Compend. qq. Regul. ref. 42. n. 20. & alij, ex quadam Bulla Greg. XIV. in qua præcipitur, vt legitimatio, seu dispensatio Religiosorum, quoad dignitates & Prælatias, fiat à Generali vel Prouinciali cum Capitulo generali, vel Prouinciali, sed extra Capitulum non possit fieri.

2. Sed his non obstantibus, ex alio priuilegio Greg. XIV. concessio Clericis Regularibus ministrantibus infirmis in tom. 2. Bull. in Greg. XIV. const. 17. apparet posse Generales Ordinum, & de eius licentia Priores locales, atque Prouinciales cum illegitimis dispensare ad dignitates, & officia Ordinis absque Capitulo Generali, vel Prouinciali. Et ita hanc sententiam tenet Sigismundus à Bononia tr. de elect. part. 2. c. 4. dub. 76. numer. 6. Afcianus Tamburinus de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. quaest. 14. num. 10. Laurentius de Peyrinis in priuileg. Mivim. tom. 1. const. 2. Julij II. 8. 29. num. 96. Imò Laurentius Portel in dubiis Reg. ver. illegit. n. 10. putat hoc esse verum, etiam in terminis prioris Bullæ Greg. XIV. quam affert pro sua opinione Rodriquez.

3. Nota tamen hic obiter, quod legitimatus à Rege, vel Magistratu sæculari si intret Religionem, non censetur legitimatus ad Officia Ordinis, quia Rex non potest tollere impedimenta canonica. Ita Portel n. 5 qui etiam n. 6. cum Miranda in man. Prælat. tom. 2. q. 2. art. 1. & Emanuele Rodriquez in qq. Reg. tom. 1. q. 1. art. 10. notat, quod Sacerdos illegitimus dispensatus in sæculo, & habens ibi beneficium curatum, si religionem intret, non est dispensatus ad officia, & dignitates Ordinis.

RESOL. CCLXXXV.

An irregularitas ex defectu natalium tollatur per professionem solemnem Religionis non solum quoad Sacros Ordines, sed etiam ad Prælatias suscipiendas?

Et an Prælati Regulares possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælatias, & Dignitates in Capitulo Generali, vel Prouinciali, ex Constitutione Gregor. XIV.

Et an per professionem Religionis deleatur etiam irregularitas ex usu Ordinis contracta, vt si illegitimus in seculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 65.

§. 1. \* Licet illegitimus per professionem legitimetur quoad Ordines suscipiendos, non

tamen legitimetur quoad Prælatias intra Religionem, vel extra eam obtinendas, & ita docent communiter DD. vt Barbofa in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 17. cap. 1. n. 3. Peyrinus tom. 2. de relig. Prælat. q. 2. c. 5. §. 9. n. 135. Sanctarellus var. ref. part. 1. q. 40. n. 1. Præpos. in 3. part. q. 5. de irregul. dub. 16. n. 130. Sebast. à Bononia in tract. de elect. part. 2. c. 4. dub. 72. n. 2. Bartholomæus de Vecchis in praxi noui. disp. 13. dub. 6. n. 1. Lessius lib. 2. c. 4. 1. dub. 8. n. 73. Auila part. 7. disp. 10. dub. 6. Suarez de cens. disp. 50. sect. 5. num. 15. Henric. lib. 14. cap. 7. n. 2. Azorius part. 2. lib. 6. c. 4. quaest. 10. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 16. & alij penes ipsos, & hoc patet ex cap. 1. de filiis Presbyterorum.

2. Non desinam tamen hic in gratiam studiosorum apponere quæ adnotauit Villalobos in summ. tomo 1. tractat. 13. difficult. 60. tom. 10. vbi sic ait. Los Padres de la Congregacion de San Juan Euangelista en Portugal tienen un Privilegio de Eugenio IV. concedido al Conuento de San George de Algega de su Orden para que entre ellos. Admissus ad professionem, si habet defectum natalium, ipso facto sit dispensatus, non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus, seu Præposituras, Rectorias, aut Officia inuicem compatiencia. De suerte que entre ellos el professo no solamente queda dispensado à las ordenes sino tambien à los oficios, y dignidades de la orden, y dixo un Padre que fue General de aquella orden en Portugal que se practicava entre ellos assi, y habiendo comunicacion de Privilegios me parece que se podria gozar deste no obstante que por ignorancia no se aya usado del. \* Porque Nicotao IV. concedio à los Padres de la Cartuxa que puedan usar de los Privilegios à ellos concedidos, aunque por simplicidad & ignorancia del derecho no hazan usado dellos en tiempo varas, como no se aya prescripto contra ellos ni esten derogados, y presupuesto que gozamos de todos los Privilegios que estan concedidos à las demas ordenes, parece que podemos gozar tambien deste, y supuesto que Sixto V. Clemente VIII. y Paulo V. en las confirmaciones que hizieron de los Privilegios de nuestra orden no pusieron la clausula, quatenus sunt in usu, por todo esto me parece, que se podria usar deste Privilegio, salvo meliori iudicio. Ita Villalobos, & de hoc priuilegio meminit etiam Portel in dubitation. Regular. vers. illegitimus, numero nono.

3. \* Notandum est tamen præter supradictum priuilegium adesse constitutionem Gregorij XIV. in qua conceditur Prælati Regularium, vt possint dispensare cum suis subditis illegitimis ad Prælatias, & dignitates, in Capitulo tamen Generali, vel Prouinciali. Ita Barbofa de iure Pontificio libro primo, capite 42. numero 290. & ego alibi.

4. \* Notandum est etiam hic contra Sayrum de censur. lib. 6. cap. 9. num. 3. per professionem Religionis deleri etiam irregularitatem ex vfu Ordinis contractam, vt si illegitimus in seculo absque dispensatione ad Ordines promotus fuisset. Ita Bartholomæus de Vecchis in praxi noui. disp. 13. dub. 6. num. 3. qui citat Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 10.

RESOL. CCLXXXVI.

An illegitimus per professionem censetur ipso factò dispensatus ad omnes Dignitates Religionis?

1. & 2. præ Sacris Ordinibus ibidè §. 3. post medium, vers. Rante quod ius & in Ref. 1. post seq. lege doctrinà à §. 1. v. que à §. 5. exclusiue, & in to. 2. tr. 2. ex Ref. 54 §. 1. in fine à Hinc etij. Et pro Prælatiuris extra Religionem contentis in lin. 3 §. 1. huius Ref. in fine R. seq. & magis latè in alia Ref. eius vltimæ not.

\* Sup. hoc in Ref. seq. §. 1. post medium, à Vers. y te due notas, & supra in R. 256. & in aliis eius primæ not. & lege etiam Ref. eius secundæ not.

\* Sup. hoc in Ref. præterita, & in aliis eius primæ annot.

Alibi ibidè.

\* Sup. hoc infra in Ref. 288. §. vlt. in priuileg.